Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philosophia quadripertia. Teil II 4. De virtute religionibus - Cod. Ettenheim-Münster 148

Mugg, B.

[S.l.], 1669

Dubium 5tum

urn:nbn:de:bsz:31-118170

Visual Library

Ess mort. q. prope ho; nihil quod Deus ignorando aut bonde fidei compensetur.

Notat et Escob. d. 10. n. 66, aliquid posse fieri ut hoc aliquibus casus eveniat cum talibus circumstantiis ut prudenter aliquid inde suspicari aut timere possit, quasi Deus illud per hoc monere voluerit, ut si quis cadat consecratus, timeat casum eventurum in statu sua. Consentit Caiet. v. Superstitio.

Dubium 5tum.

De Magia.

Magia alia est Naturalis, alia superstitiosa; illa est Ars qua operantur mira per causas naturales absque daemonis ope, nec per se mala est, multis tamen periculosa, quia eos ducit ad superstitiosam, Quae est Ars operandi mira per signa ope daemonis, sicut n. Magia naturalis utitur causis naturalibus ita haec utitur signis, quae sunt Causae morales, quibus ex pacto allicitur daemon ut faciat quod Magus optat atque ut haec omnia quasi ipsa signa fecisse videantur. Greg. Turon. Lib. 1. Hist. Franc. scribit Chus primogenitum Cham fuisse primum Magiae inventorem, quem Persae vocarunt Zoroastrem, sed de hoc aliter sentit S. Aug. 21. Civit. c. 14 vide Pererium, et Delrio de Magia.

Notandum 1°. Ne temerè damnetur superstitionis quod fit naturalis, stupenda n. vis inest quibusdam reb. naturalib., sic felle piscis oculos Tobiæ naturaliter curatos fuisse valde credibile putat Serrarius in Cap. 11. Tobiæ q. 2. quia hanc vim didicerit Junior Tobias ab Angelo. Quare si occulta huiusmodi vis rei manifestaretur Mago l alteri Angelo Malo, postea sine culpa ab Aliis l etiam à Mago adhiberi potest.

Notandum 2°. Etsi quidam putent non omnino improbabile esse quibusdam Rebus sensibilibus vim aliquam naturalem inesse ad fugandos dæmones (citato de iecore piscis fumo fugatus est dæmon c. 8. Tob.) sensibilibus Serrarius q. 3. communem tamen et veriorem esse Theologorum sententiam qui simpliciter negant illam directe pellendi dæmonem vim naturalem Rebus sensibilibus inesse. Dæmones (directe sc.) non indirecte per corporalia pelli possunt, quatenus ea tollunt temperiem et dispositiones humorum qua dæmones amant, et sic quia nihil nocere possunt, ideoque discedunt, qua ratione etiam ad citharam Davidis spiritus videtur recessisse à Saule 1. Reg. 16. Quod antipathiam cum sole dicat habere dæmon, et eum odiens à sugarum consortiis abesse velit, si id verum sit in corpore, non in natura ipsius solis ipsi haec dæmonis directe

a Physico adversatur, et forte ideo cum operatur
pro humanis usib. Sal maxime salutaris et utilis est,
deinde quod adhibeatur ab Ecclesia in Baptismo et aliis
exorcismis ad daemonem fugandum.

Notandum 3o. Etiam tenere non est damnandum mortaliter quod
ex devotione a multis fieri solet licet ad effectum intentum
medium non sit idoneum, fieri non potest, ut consuetudo ex
miraculo vel alicujus Sancti facto initium habeat, licet
enim Origo nesciatur, ut explosum qui equis venam die S.
Stephani aperiunt minime ipsa dies per se curandi
efficaciam ad effectum indicantes sed simplici ac bono intentione
ducem assero et cum fiducia fore ut ob Martyris merita
hoc sanguinis missio equis profutura sit Laud. q. 96. a. 4.
Sal. q. 13. p. 2.

Notandum 4to. Ut cognoscatur an aliqua operatio ad Magiam superstitiosam pertineat tria considerentur. 1o Conditio causarum
quae adhibentur, 2o. Conditio ejus qui operatur 3o Conditio effectus.
Conditio causae indicat Magiam, si nempe expresse invocetur daemon, si preces adhibeantur quae falsa praescripta
sunt, ut Christum habuisse febres, et spasmum, vel si verba
ignota, si characteres, imagines, ligaturae, specula,
unctiones praeter Ecclesiae morem applicentur. Nec
refert quod saltem nihil nisi sacra verba aut versus ex

S. script. adhibeantur, quia talis versus dirigitur ad DEUM, ab utente, nec eo sensu profertur quo sacer est, sed sensu aequivoco, et animo profano, quo illum protulit primus qui ex pacto cum diabolo eum ad talem finem adhibuit; sic ille versus Consummatum est; utuntur ad Ligationes Conjugum curandas; et ille: In Camo et freno, ad sopiendos Canes. Et ille Fiat voluntas tua: ad dolores dentium etc.

Sed denique etsi verba sacra, signum Crucis, precationes et similia ex se non profano sed vere devoto et ad DEUM directo proferri, nihilominus tamen, si alia quoque vel vana et inutilia admisceantur. v.g. ignota nomina aut Characteres, vel si spes habeatur in modo scribendi, ligandi vel quacunque vanitate ad cultum DEI non pertinente, superstitiosum indicari. D. S. Th. 2.2. q. 96. a. 4. Exempli causa: Evangelium S. Joannis scriptum esse debere a virgine in membrana virginea, oriente sole, et tribus funiculis collo alligatum: Orationem aliquam dandam ad aures iumenti. Ergo, quin imo alias nihil adhibeantur, nisi quod tum ex se plenum est Sanctum est, DEIque cultum pro se ferens v.g. sola ad DEUM precatio, unicusque Psalmi versiculus, solum vinum ex sacerdotis ablutione, si tamen in his certa fiducia conferendae sanitatis, alteriusque commodi corporalis constituatur a quoque.

persona adhibeatur, superstitiosa indicari debet. Ita docent Gerson p. 2. tr. de observ. Suar. cit. c. 15. Less. l. 2. c. 44. d. 8. Quia ecclesia Deo probante confert sanitatem; illa tamen confert, ut sit tum personalis nec infallibiliter annexa certae rei aut voci vid. Coriol. p. 96. n. 4. Ubi monet: Si homines videt bona fide et ex mera devotione ritum aliquem ab Ecclesia non receptum observant, interdum in sua simplicitate relinquendos esse quia difficile abducuntur ab eo, quod a suis Maioribus sine suspicione mali susceperunt: Cuiusmodi est v. g. die S. Joannis Bapt. certos flores colligere. Die festo S. Valentini balneare, sanguinem mittere etc. Bene tamen advertit Sanchez cit. c. 40. n. 21. Ut si minimum abduci a suo ritu non possint saltem edocendi, ut in eo certam spem non collocent, sed solum adhibeant ad sese magis ad devotionem excitandos, vel ad honorem specialem alicuius Sancti, vel certi alicuius Mysterii.

Conditio operationis indicat Magiam, si repente curetur Equus, id est absque ullo miraculo, quod ex circumstantiis colligitur. Item si uno Quadrante multa milliaria conficiantur, si operatio ad rem valde distantem se extendat, ut fit in Unguento Armario. Item si hic urgeatur Imago Petri; ille aliis doloribus conficiatur.

Conditio Effij indicat magiam si res superet omnem hum.
industriam et vires natur. sapientib. cognitas
quonq. a. se vires natur. extendant, in physica docetur.
Notm 3.° In Magia vix datur mat. ven. propter parvi,
tatem mat., ut forte qd tacita tm invocao intervenit
quid in re parva et ludicra dæmon apprepe invocetur
p se d minij crimen e, qi in magna, si plena deliberao adsit.
Deind huic crimini ordinarie alia conjuncta sunt, ut
Heresis, Apostasia, à Chro, Idolatria, (Honorant n. Magi
Diabolu loco Dei.) Blasuemia, sacrilegiu, luxuria,
Homicidia, et damna proximoru.
Notm 4°. Remedia adversus maleficia alia sunt spualia
alia moralia. Spualia sunt, ferme magna fides et
fiducia in Dei protectione, confessio peccatoru, sumptio SS.
Eucharistiæ Exorcismi Ecclesiæ, Aqua Benedicta, Reli,
quiæ SS. Agni Dei. Invocao nois Jesu, et B. Virginis.
Signu Crucis, et pia Orao. Moralia remedia
voco, quæ ptinent ad pactu cu dæmone solvendu, quo
ex pacto nocet; quod fit amovendo signa Magica, ad
quoru præsentiam diabolus nocet.
Sed difficultas est, an liceat ligaturas, nodos volumina
capilloru et alia signa à maleficiis posita tollere ut
dæmon nocere desinat?

R. 1°. Licet cuiq tollere et destruere absq nova Malefici signa Magica Less. d. 6. sic Concionator cuiq ex male- ficis voce interclusa, si inveniat in suggestu ligaturam capillorum et similium, licite ea comburit, ut vocem recipiat. Quod si tu remoto signo damni- ficetur Maleficus ex regulis Charitatis aestimandum erit an damnum Malefici potius vitandum sit quam ferendum damnum, quod patitur Maleficiatus.

Dices 1°. Qui signum tollit ut cesset noxa miscet se pacto quod maleficus cum daemone iniecerit, quod a huiusmodi et signo posito daemon nocere incipiat, ablato desinat. R. Neg. Ant. quia Maleficiatus amotione signi non intendit daemonem inducere ad pactum servandum, neque utitur amotione signatura v.g. velut signo alterius pacti, sed solum intendit destruere signum pacti praecedentis quo daemon ad nocendum alliciebatur, hoc n. multum distat aliud n. amovere signum ea mente ut moneas daemonem ut servet pactum et ex fide data desinat nocere, et aliud amovere signum, ut destruas pactum prius cum mago initum.

Dices 2°. Ipsa cessatio nocumenti tunc esset ex eo, ne petat Maleficiatus a causa naturali, neque ab una volite nec ex miraculo a Deo, ergo a diabolo, ergo ex pacto cum ipso, perinde ac si dicat: diabolo pactus est ambo

signis de cessatione, ecce amoveo signum, praesta quod
promisisti.
Ad 2dum. nunc non esse actum positivum diaboli, sed cessationem
ab actu, quod licet à daemone expectare, sicut multa facimus
quotidie ut alias diabolus aliquid non faciat v.g. gestamus
Agnus Dei, aspergimus nos aqua lustrali, et possumus
destruere signa magica hoc fine, non quidem ex vi pacti
initi, sed ex vi eversionis pacti; non igitur perinde ac si
diceret praesta quod promisisti, sed potius non praesta, et pactum
tuum quod cum mago habes rescinde signa tua, quae instituisti,
ad nocendum, destruo, ne ergo quod noceas amplius.
Dices 3o. diabolus non obligatur signis sed non potest eis
nocere, et desinere nocere, et frustra tolluntur signa,
nisi intercedat pactum adeo, ut ipsis sublatis non noceat.
R. 1o. neg. cons. tolluntur enim signa ut evertatur pactum
magi cum daemone. quod enim potest daemon nocere
et non nocere absque signis parum refert, nec semper ablatis
signis nocere cessat. Hinc colliges non esse damnandos superstitionis, qui ad torturam vocati prius ab-
radunt rei pilos corporis, si id fiat ne sub eis aliquod
signum lateat, et quod reddunt insensibiles, et ita non possint
ad confessionem cogi, quod saepe fieri solet.

R². ad difficultatem licet et maleficiato commu-
nire maleficium et cogere data pecunia, ut
illas ligaturas, quas hic sepultas aut suspensas in di-
moveat, quia hoc maleficium facere virtutis est, et
licet illum ad hoc instigare.
R³. Licet etiam per se loqui ponere alia signa, quibus positis
exspirat vel destruitur pactum prius et diabolus desinit no-
cere, vel certe priora signa vim suam amittunt,
Less. n. 41. Quia licet aliquid facere, quo finiatur pra-
vum pactum, hoc n. non est signum novi pacti, sed eversio
vel impedimentum prioris, dummodo non fiat non deprec-
catorie, aut affectu alique benevolentia erga daemonem
v. g. si venefica de consept. nocebit, si tum illa
mox reservatur impeditur noxa: vel quia diabolus
statuit dare non nocere vel quia signum veneficia
non est tale quale ipsa requirit. Item si a saga quis
est infectus et ad cessare nocumentum vel inefficax reddi
si det illi salem vel panem, vel illa det, forte ait
si det illi salem vel panem, vel illa det, forte ait
Less. ob mysterium SSmae Eucharistiae et Bapt. talia n.
per se indifferentia sunt. Non tamen hoc illicite de
effectu a daemone expectando, qui est negativus, non
a. de positiva actione aut favore eliciendo ab eo.